

sona contra hanc cartam offerfionis ire quandoque tentaverimus, aut eam per covis ingenium infrangere quaesierimus, tunc inferamus ad illam partem contra quam exinde litem intulerimus mulcta que (30) est pena auri obtimi uncias quinquaginta argenti ponderas centum, & quod repecierimus vendicare non valeamus, set praesens hanc cartam offerfionis diuturnis temporibus firma permaneat, atque persistat inconvulsa constipulatione subnixa, & a nobis qui supra mater, & filii, nostrisque heredibus, ac proheredibus in eadem Ecclesia, & cui pars quadrentine dederit, qualiter supra legitur (31) in integrum ab omni omine defendere, quod si defendere non potuerimus, aut in eadem Ecclesia, aut cui parti ipsius quadrantinae dederit exinde aliquid per covis ingenium subtraere quaesierimus, tunc in duplum eadem offerfio ut supra legitur (32) in eadem Ecclesia, aut cui parti ipsius Ecclesiae dederit (33) restituamus sicuti pro tempore fuerint meliorata (34) aut valuerint sub exstimatione in consimilibus locis, & bergamena cum atramentario de terra elevavimus. Hanc enim cartam offerfionis paginam Folcaldi Notarius S. Palatii tradidit, & scribere rogavit, in qua subter confirmans, testibusque obtulit roborandam. Actum infra castrum Tridini, quod dicitur burgum novum feliciter. Signum manuum superscriptorum Vuilielmum Inforfado, & Rainerium germani Marchiones, seu Otta comitissa mater, & filii, qui hanc cartam offerfionis fieri rogaverunt pro anima quondam item Vuilielmi Marchionis de Ravenna mariti, & genitoris nostri mercede (35), & ipsi germani Vuilielmus, & Rainerius eidem matri eorum Otte comitisse consenserunt ut supra eorumque (36) relecta est. Signa manibus Oberti Marchionis de Monteglarono (37), item Rainerii de Felizano, seu Loterii, atque Obizo, seu Ozimino (38) Salici testes. Signa manuum Anselmus de Stara, & Obizo de la Monoga (39), seu Otto, & Obertus de Odengo (40) testes. Et ego, qui supra Folcaldus Notarius S. Palatii, qui & Donadeus vocor scriptor hujus cartae offerfionis (41) posttraditam complevi, & dedi.

Licet hoc documentum jam fuerit ab Irico in Hist. Tridin. editum pag. 22., tamen operae pretium putamus rursus edere. Habuit ille praemanibus exemplar mendosum, cujus nos errata correximus. Quod ut perspiciatur clarius, ideo hic variantes Irici subnectimus. (1) Quadrantinae junii. (2) Episcopatus. (3) Ravennia. (4) Agledo. (5) Ipsis. (6) Desunt tria verba praecedentia. (7) Jugalis verisimiliter nostri. (8) Suariis. (9) Pratis Zerbialibus. (10) Suariis. (11) Tamen sunt aliter. (12) Esse. (13) Omnia. (14) Suariis. (15) Pertinentiis. (16) Praeditis. (17) Deest hoc verbum. (18) Suariis. (19) Ingressibus. (20) Padi. (21) Carticis. (22) Pertinere, & a nobis. (23) Ascensionibus. (24) Ut. (25) Clerici, & pars Ecclesiae. (26) Deest. (27) Clericis. (28) Deest. (29) Quam aliquis. (30) Multaque. (31) Deest. (32) Deest. (33) Dederint. (34) Fuerit melioratum. (35) Deest. (36) Omnisque. (37) Monteglaro. (38) Deest. (39) Moringa. (40) De Odrago. (41) Desunt omnia verba a palatii usque ad posttraditam.

Donatio Brunonis, & Adelaidae populo Gamundiensi ex tabulario civitatis Alexandriae.

M C V L

31

Anno Dominico ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo sexto, octavo decimo calendas februarii, indictione quartadecima. Gamundiensi populo tam majoribus, quam mediis, seu etiam minoribus amicis nostris. Nos Bruno filius quondam Odonis, & Adelajda jugales, filia quondam Guidonis Marchionis, qui sumus professi ex natione nostra, nos jugales lege vivere Salica ipso meo jugale Brunone in causis Adelajdae consentiente amici, & donatores tui populis diximus. Quapropter donamus nos jugales a presenti die dilectioni tuae, & in tuo jure, & potestate per hanc cartam donationis in te habend. confirmamus idem quartam portionem de Villa Sezadii, & de castello, & nostram portionem de bosco Sezadii juris nostri excepto jugera XX. omnia supradicta... Quae omnia per successionem Alberti Alamani filii quondam Guidonis Marchionis fratris, & cognati nostri nobis jugalibus venerunt, quae omnia supradicta ab hac die tibi Gamundiensi populo donamus. cedimus, conferimus, & per praesentem cartam donationis in praedicto populo per receptorem ipsius scilicet Signifredum, & Guidonem filium Moronis de Veronica proprietario nomine habendum confirmamus. Insuper per cultellum, festucam notatam Gausonem, & Guasonem terrae atque ramum arboris, & in eodem populo exinde legitimam facimus translationem & investituram, & nos exinde foris expellimus, guarpivimus, & absentes nos facimus, & ad proprietatem praedicti populi relinquimus faciend. Gamundienses, & eorum heredes, & successores, aut cui dederint jure proprietario nomine quidquid voluerint sine omni nostra, & heredum nostrorum, ac proheredum nostrorum jugalium contradictione, repetitione, atque defensione, seu restauratione secus vero quod futurum esse minime credimus nos jugales, quod absit aut ullus de heredibus, ac proheredibus nostris, seu quaelibet opposita persona contra hanc donationis cartam quandoque tentaverimus, aut eam per quodvis ingenium infringere quaesierimus, tunc inferamus ad illam partem contra quam exinde litem intulerimus mulctam quae est poena auri preti uncias sexaginta argenti pondera centum viginti, & quae requisierimus vindicare non valeamus, scilicet praesens haec carta donationis diuturnis temporibus firma permaneat, atque persistat inconvulsa cum stipulatione subnixa, & nunquam nobis jugalibus liceat ullo tempore nolle, quod volumus scilicet quod a nobis factum est, vel conscriptum inviolabiliter conservare promittimus cum stipulatione subnixa, & pergamena cum atramento de terra levavi paginam notariis tradidi, & scribere rogavi, in quam subter confirmans testibus obtuli roborandam. Actum in loco Gamundii in Platea S. Martini praesentibus infra scriptis hominibus scilicet Laudurico, & Lauthario fratribus, & Rustico salici lege viventes, & Balduino Rainaldi filio, & Ottone Guarcino Olrico